

riora cordis nostri rimari, sed ex gestibus corporis intelligere quid cogitemus. Verbi gratia: Si uiderit nos frequenter pulchrā mulierē respicere, ex motu oculorum intelligit cor nostrum amoris iaculo esse vulneratum. Ex quaratione probat, quod ipse nō ē autor, sed inceptor & cumulator mala cognitionum.

FERIA QVINTA post Oculi. Iohannis VI.

PIn illo tempore Dixit Iesus turbis: Opes vestramini nō cibum qui perit, sed qui permanet in uitam aeternam. Et reliqua,



Carnalis cibus perit, spūalis uero permanet, quē filius hoīs uobis dabit. Hūc ergo deus pater significauit iustū filiū hoīs. Nolite sic accipere, q̄si alios filios, filiū hoīs, de quibus dicitū est. Filiū aut̄ hoīm in protectione aliam tuarū sperabunt. Iste filius hominis se questratus quadam gratia à filiis hoīm, exceptus à numero hominum, filius hominis est. Iste filius hominis, & filius dei est: iste homo, etiam & deus est. Unde & ipsa ueritas, qua tunc loquebatur ad Iudeos, & nunc omnibus loquitur per euangelicā predicationis uerba, quid sit ostendit, non qualem plurimi tūc estimauerunt, uel etiam nunc estimant. subiūxit ue-

ro, **Hunc enim deus pater signauit.** Signare
quid est, nisi proprium aliquid ponere? Hoc est signi-
ficare, ponere aliquid quo non confundatur cum
ceteris. signare est, signum ei ponere. Cuicunque rei
ponis signum, ideo ponis signum ne confusa cū alijs,
atē non possit agnoscī. Pater ergo eū signauit. **Quid**
est signauit? Proprium quidem illi dedit, ne cum cæ-
teris compararetur hominibus. ideo dictū est: **Vnxit** **psalm. 44**
te deus tuus oleo exultationis præ participibus
tuis. Itaq; nolite (inquit) contemnere, quia filius hoīs
sum, & quarēte à me non cibum qui perit, sed qui per
manet in uitā æternā. Sic enim filius hominis sum,
ut nō sim unus ex uobis. Sic sum filius hominis, ut de
us pater me signaret. **Quid est signare?** Propriū ali-
quid mihi daret, quo non confunderer cū genere hu-
mano, sed per me liberaretur genus humanū. **Dire-**
runt ergo ad eum: **Quid faciemus, ut opere**
mū opera dei? Dixerat enim illis, operamini esca
non quæ perit, sed quæ permanet in uitā æternā. **Quid faciemus,** inquiunt, quid obseruando hoc præ-
cepit implere poterimus? **Respondit Jesus, et**
dixit eis: **Hoc est opus dei, ut credatis in eñi**
quem misit ille. Hoc est ergo manducare cibū non
qui perit, sed qui permanet in uitā æternā. Discer-
tur quidem ab operibus fides, sicut Apostolus di-
cit, iustificari hominem per fidem sine operib; legis.
Et sunt opera, quæ uidentur bona sine fide Christi,
& non sunt bona: quia non referuntur ad eum finem,
ex quo sunt bona. Finis enim legis Christus, ad ius-
titiam om̄i credenti. Ideo noluit discernere ab ope-
rib; fidē, sed ipsam fidem dixit esse opus. Ista eñi est fi-
des, quæ per dilectionem operatur. Nec dixit, hoc est

T FERIA V.

opus uestre, sed dixit, [hoc est opus dei, ut credatis in
cum quem misit ille,] ut qui gloriatur, in dñō glorie
tur. Quia ergo inuitabat eos ad fidē, illi adhuc quere
bāt signa qbus crederet. Dixerūt ergo ei: Quod
ergo tu facis signum, ut videamus et creda-
mus tibi: Quid operaris? Par ne erat, quod de
quinqp panibus pasti iunct sciebat hoc quidē, sed hunc
cibo manna de cælo præferebat. Dñs aut̄ Iesus talem
se dicebat, ut Moysi præponeret. Non enim ausus est
Moyses de se dicere, qd daret cibū non qui perit, sed
qui habet uitā eternā. Attēdebant eī plus pmitē-
rem, & quasi nondū uidebant maiora facientē. Attē-
debant utique qualia fecisset Moyses, adhuc aliqua ma-
iora uolebant fieri ab eo, qui tam magna pollicebat.
Quid (inquit) facis, ut credamus tibi, & ut noueri-
mus quid operaris? Quia miracula antiqua huic mi-
raculo cōparabant, & ideo quasi minora ista iudica-
bant, quæ faciebat Iesus. Satres nostri (inquit)
manna manducauerunt in deserto, sicut scri-
ptum est: Dedit illis manna manducare, & nō
zaha operaris qualia Moyses. Panes hordeacos ille
nō dedit, sed māna de celo. Dirit ergo ei: Iesus:
Amen amen dico vobis, non Moyses dedit
vobis panē de cælo, sed pater meus dat uobis pa-
nem de cælo uerum. Verus eī panis est qui descendit
de celo, & dat uitā mundo. Verus ergo ille panis ē,
qui dat uitā mundo, & ipse cibus est, de quo paulo an-
te locutus sum: Operamini cibū qui non perit, sed q
Johann. 6. permanet in uitā eternā. Ergo & illud manna hoc si-
gnificabat, & illa oīa signa mea erāt. Signa mea dile-
xistis, quod significabatur cōtempnitis. Dixerunt er-
go: ad eum: Domine, da nobis semper panē

hanc. Quō mulier illa Samaritana, cui dicitur ē: Qui biberit de hac aqua, nō sitier unquā, cōtinuo illa fecū dū corpus accipiēs, sed tñ carere indigētia uolēs, Da (ungt) mihi dñe de aqua, sic & isti: Dñe, da nobis pa- nē hūc, qui nos reficiat, ne cōdesiciat, **Dixit ergo eis Iesus:** Ego sum panis vitæ. Qui uenit ad me, nō esuriet, & q credit in me, nō sitiet unquā.] Qui ue nit ad me, hoc est, quod ait, & qui credit in me. Et qd dixit, non esuriet, hoc intelligendum est, nō sitiet un quā. **V**tragi em̄ illa significat æterna satietas, ubi nulla est regesta. Panem de cælo desideratis, ante uos ha beris, & non manducatis. Sed dixi uobis, quia & ui disis me, & non credidistis.

FERIA SEXTA

post Oculi, Iohannis IIII.

In illo tempore Venit Iesus in ciuitate Samaria, quæ dicitur Sychar, iuxta p- diū qd dedit Jacob Joseph filio suo. Et rel.



Cum autem dixit Euāge lista in quo prēdio erait fons Jacob, addi- sit: **Jesus autem fariga- tus ex itinere, sedebat** scilicet supra puteū, quod san- tus Jacob Joseph filio suo dereliquerat. Quod prēdi um non tam Joseph, quam Christo arbitror derelictū: cuius figurā sanctus Joseph patriarcha portauit, quem